



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

X. Papst Jnnocenz IV. berechtigt auf Bitten der Markgräfin von Brandenburg und der Herzogin von Braunschweig, ihrer Tochter, das Hospital zum heil. Geist in Salzwedel zum Gottesdienst in Zeiten des ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

hardus de maldefen, Johannes de Rosow, Aluericus de kercow senior, Bodo de walfstawen, Ernestus de Dannenberghe, Conradus de osterborch. Wolterus, curie nostre marschaleus, Arnoldus de Bodentede et alii quam plures. Datum apud Soltwedel per manum henrici, curie nostre Notarii, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. quinquagesimo primo, XI kal. februarii, Indictione Nona.

Anfang des Copiarium vom h. Geist-Kloster zu Salzwedel, dem das erste Blatt mit dem übrigen Inhalt der Urkunde fehlt.

IX. Der Legat Hugo ermahnt zur Wohlthätigkeit gegen das heil. Geist-Hospital zu Salzwedel unter Verheißung eines Ablasses, am 24. März 1252.

Vniuersis cristifidelibus per Alamanniam constitutis, ad quos presentes littere peruenerint, frater hugo, miseracione diuina T. T. sancte sabine presbiter Cardinalis, apostolice sedis legatus, Salutem — — Cum igitur, sicut dilecti in cristo prouisor et fratres hospitalis sancti spiritus in soltwedele verdenis dyocelis nobis exponere curauerunt, ad sustentacionem pauperum, debiliu et infirmorum ibidem confluencium fidelium suffragia noscantur plurimum oportuna, vniuersitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in domino, in remissionem vero peccaminum iniungentes, quatenus de bonis a deo vobis collatis pias ad id elemofinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subuencionem vestram dictorum pauperum, debiliu et infirmorum indigencie valeat prouideri ac vos per hec et alia bona, que domino iuspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim — — omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, Centum dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentes vero mitti per questuarios districtius prohibemus, Eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Brunswick, nono kalendas aprilis, pontificatus domini Innocencii pape quarti anno nono.

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwedel fol. 9.

X. Paps Innocenz IV. berechtigt auf Bitten der Markgräfin von Brandenburg und der Herzogin von Braunschweig, ihrer Tochter, das Hospital zum heil. Geist in Salzwedel zum Gottesdienst in Zeiten des Interdictes, am 5. Mai 1253.

Innocencius, Episcopus, seruus seruorum dei, Dilecto filio preposito ecclesie in Jericho hauerbergenis dyocelis Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in cristo filiarum, nobilium mulierum Marchionisse Brandeburgensis et Nate ipsius ducisse de brunswick, per



